

IV.

DE COERCENDIS MILITUM RAPINIS, AD CAROLUM
CALVUM REGEM.

Cum in provincia belli esset ut Ludovici fratris impetum retunderet, anno 859.

(Apud eundem, ex codice S. Remigii Rhemensis.)

glorioso salus et vita.

Dolere de istis malis, quæ non solum a
quod magis timendum et dolendum est,
is in regno vestro fiunt, et quod sine
re plus horrendum et detestandum atque
idum est, in palatio vestro, quod sacrum
esse debet, et in locis ubi vos estis, et
tribulatis. Non enim sine pavore cor ve-
ire potest quod Dominus per Isaiam
in pauperis in domo vestra (Isa. III, 14).
viduæ non ingreditur vel eos (Isa. I, 23).
et pedis usque ad verticem non est in eo,
ignis isto, sanis (Isa. I, 6). Et item :
et homicidium et rapinæ inundaverunt, et
ruinam tetigit (Ose. IV, 2), id est crimen
adjunxit. Et manifestum est quia ubi
Deus nisi ad iudicium esse non potest.
Et prophetam dicit ad eos qui in medio
terris : *Propter quod, inquit, exite de medio*
mundum ne tetigeritis, et ego recipiam
vitabo inter vos, et ero vobis in Deum, et
hi in filios et filius (II Cor. VI, 16, 17, 18).
Est aliud quod isti faciunt, nisi præcur-
sor Antichristi, cujus voce dictum est :
et a generatione in generationem sine
interitum (I Cor. VII, 6), id est, tanta mala faciam in uno
regno quam ad alium locum veniam, adven-
tibus ibi habitantes timeant, sicut et postea
de timere vos scio, quod omnis propter
causatur Ecclesia : *Exsurge, Domine Deus,*
et iras tua (ibid., 12), id est, ad vindictam
iræ pauperem populum. Et Dominus
testatur repromittit dicens : *Propter mi-*
seriam et gemitum pauperum nunc exsur-
get dominus (Psal. XI, 6), id est, jam jam
vindicam exercere. Et pro talibus
rebus, vos contristantem sciens, simul
et gemitibus meis, et cum afflictionibus populi mihi
commissi, gemitibus vestris compatiar et
deus invenire non possum qualiter me, ni-
si pro vestro et meo periculo, et totius
regni afflictione atque afflictione, aliter valeam
loqui quia viva voce non possum, vos
commoneam, territus a pastore pasto-
ritate : *Mercenarius et qui non est pastor,*
venientem, et dimittit oves et fugit (Joan.
autem, quia vidit iniquitatem et tacuit :
Deus et rapinas, et cæteras miseras in

A plebe sibi commissa crassari, et ab admonitione
reticuit. Propterea, Domine, quod solum ex hoc
valeo facio, id est Dei misericordiam inde peto, et
vos exinde commoneo, et per villas, in quibus non
solum homines caballarii, sed etiam ipsi cocciones
rapinas faciunt, admonitiones presbyteris ut eas
raptoribus relegant dirigo : quarum exemplar domi-
nationi vestræ transmittito, ut secreta eum teneatis,
et ad aliquem diem jubeatis venire fideles vestros,
dicentes quia eis ad cognoscendum vultis undecunque
vobis placet dicere, et antequam de paramento ve-
stro ad mansiones redeant, commoneo eos secun-
dum sapientiam vobis a Deo datam. Et habeatis
avunculum vestrum Rodulfum, qui Deum timet et
malum odit, et vos ac regnum vestrum charum ha-
bet, de hoc commoneo, ut vos adjuvet, et alios
tales fideles vestros, sicut scitis. Et cum mansue-
tudine intermiscendo, sicut nunc tempus se habet,
raro et non nimis duriter, comminationes si vobis
videtur, non alias minas intentando, nisi quia in hoc
videbitis qui Deo fidelis est, et vos charum habet,
et de vobis ex regno vestro bene habere cupit, et
illi mereri hoc studebitis, si vobis adiutor extiterit
ad communem salvationem, ut ista mala de isto
regno recedant. Et qui in talibus Dei adiutor, et
vester amicus ac suus non fuerit, non poteritis
habere delectamentum, ut illud bonum ei faciatis,
quod faceritis si veraciter eum amicum cognovissetis.
Vel isto, aut alio modo, quod melius scitis quam
ego vobis possim dicere, et melius cognoscitis fide-
lium vestrorum qualitates quam ego, et ideo secun-
dum quod scitis unicuique convenire, temperate
sermonem. Scimus enim, quia lenis sibilus, qui
equorum ferocitatem mitigat, canum sagacitatem
instigat. Et ad tales homines, quos modo non est
vobis necesse tenere vobiscum, et qui ideo cum
omni prope familia sua de suis mansionibus movent,
ut de alienis laboribus vivant, commendate quæ vo-
bis sunt placita et necessaria, et redeant ad domos
suas, vel cum paucis vobiscum stent, ut cum justitia
vivere possint, quia in solidiore regni vestri loco
degitis, usque dum plenitudo fidelium ubi condixe-
ritis ad vos veniant, quando in aliquam necessitatem
ire volueritis. Sed multum timeo, quia talis populus,
quia sic Deum offendit et non se corrigit, nec vos
nec seipsum, quando necesse fuerit, adjuvare
valebit. Et mittite homines secundum consuetu-
dinem prædecessorum vestrorum, qui in longius

pergant propter fodrarios, et curam de pace accipiant. Et tales mittite, qui non sint de his de quibus dicit Apostolus : *Qui prædicat non furandum, furaris* (Rom. II, 21). Transmitto vobis, sicut dixi, exemplar admonitionis nostræ, quam per villas direxi, ut si vobis placet, post admonitionem vestram, in conspectu vestro eam fidelibus vestris jubeatis relegere, et prædicetis illis, quia ista verba Dei sunt, et missi Dei sunt, et non ea debent in se vel in suis negligere. Et sic custodite ea quæ suggero et transmitto, ut ante nihil sciant nisi per vos : quia si scierint, potest fieri ut non eos pleniter habeatis. Vos tamen inde debetis consilium prendere, ut jubeatis alicui qui vestra vice quotidie eos admoncat, ut si tales sunt qui antea hanc admonitionem non audierint, eis quotidie quando ad paramentum vestrum venerint relegat : quatenus et ipsi inexcusabiles sint, et vos aliquam excusationem coram Deo habere possitis, si tantum facitis quantum per rationem potestis. Et nolite negligere illa capitula, quæ synodus de Carisiaco per Wenilonem et Erchanraum transmisit ad hunc Attiniacum præterito anno Ludovico fratri vestro, et me transmittente Hincmarus filius meus vobis dedit, quando vobiscum in Burgundia fuit. Sed relegite ea diligenter, quia, mihi credite, plus pro vobis quam pro illo facta fuerunt. Credebam enim quod Dei misericordia vos revocare debuisset, et illa admonitio vobis necessaria et utilis esse valeret. Cæterum, Domine, tria ad me pervenerunt, quæ reticere vobis disposui, ne inter alia inde plus vester animus moveretur. Sed recogitavi melius esse ut vobis illa significem : quoniam quæ ad vestram notitiam non perveniunt, non potestis corrigere : et quantumcunque divinum iudicium, quia etiam in non levibus causis de ignorantia vapulavimus, si illa ignoretis ad quem pertinet quod a subditis vestris in generali causa committitur, non potestis effugere : et sciens quæ vobis utile est ad sciendum, si ad vestram notitiam non pertulero, periculum sine dubitatione incurro. De his tribus quæ audivi duo credere nolui, tertium satis invitum credidi. Quorum primum est, quia per plurimorum ora vulgatur vos dicere, quoniam de istis rapinis atque deprædationibus nihil vos debeatis misculare, unusquisque sua defendat ut potest. Quod licet mendacium esse cognoverim, nolui vobis abscondere, ut demonstratis opere quod factum est quod aut mali-

A voli aut dolentes diffamant rumore : quia cum regis ministerium sit, se et suos qui *bene agunt in melius* semper dirigere, et pravos a malis corrigere, impium est de regno sibi subjecto dona et servitia a subjectis exigere, et eis ut quæ debentur et exiguntur habeant unde reddere possint non providere, et ea quæ illi placent jubere atque disponere, et quæ Deo displicent non prohibere et amovere. Quod ideo suggerere vestræ dominationi præsumo, quia regno patris et avi vestri in multis diviso, capitalia loca de regno vestro multa perdunt, et vobis pro regio honore qui vos condecet, necesse est ut nihil imminuatur de his quæ prædecessores vestri ex eisdem locis solebant habere, et pagani ac falsi Christiani maximam partem de parte regni vestri absumptam usurpant. Et si portiuncula, in qua vestri fideles vobiscum degere debent, ita annihilata perfuerit, nec vos nec illi ibidem poteritis conducere. Alterum est quia dictum est mihi, quoniam clamatores qui ad palatium vestrum veniunt, nullam consolationem nec etiam bonum responsum ibi accipiant ; quod similiter credere nolui, sciens vos corde retinere quod Dominus dicit : *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, et ipse clamabit et non exaudietur* (Prov. XXI, 13). Et quando hujusmodi clamantes non exaudientur demonstrat Evangelium dicens : *Venient dicentes : Domine, Domine, aperi nobis ; et ille respondens dicet : Amen dico vobis, Nescio vos* (Matth. XXV, 11). Nescire enim Dei quem nihil latet reprobare est, quia ibi jam a Deo non potest mereri quod petit, qui hic noluit audire quod jussit, et qui tempus congruæ C pœnitentiæ perdidit, frustra ante regni januam cum precibus venit. Tertium est, quod satis invitum credidi, quia post percepta omnia, quæ ad victum et potum necessaria sunt, de ecclesiis raptos aut redemptionem exigunt, aut eas infringunt. Unde cum gemitu gravi dico quid de talibus poterit esse Christianis. Paulus enim ad testimonium deducit quæ inter gravissima peccata graviora putavit dicens : *Qui abominaris idola sacrilegium facis* (Rom. II, 22), et isti cum omnibus aliis accumulantes sacrilegium, et non abominantur idola, quia et idem sanctus Paulus dicit : *Et avaritia, quæ est idolorum servitus* (Ephes. V, 5). Deus omnipotens secundum eundem Apostolum det vobis et velle et perficere pro bona voluntate quod vobis et nobis ac regno vobis commisso est opus. D